



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quale peccatum sit obligationem voti violare. pun. 21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

quo votum impleri potest, aliquando esse tempora est pro aliquo tempore determinato. Item aliquando mutatio seu impedimentum afficit totam materiam promissam, aliquando pattem. Si mutatio perpetua est & comparatione totius materie promissa, votum extinguitur. Si autem mutatio temporalis sit, pro eo solum tempore obligario suspenditur, manente obligatione quoad aliud tempus in quo impedimentum cefas, & votum impleri potest; sicut manet obligatio cum votum dividuum est & mutatio in parte diuidua & separata contingit. Sic Suarez lib. 4. de voto cap. 19. num. 5. Sanchez cap. 2. num. 24. Nauarr. cap. 12. num. 39. Valent. diff. 6. quest. 6. pun. 4. vers. secundum apud Bonac. disput. 4. quest. 2. punct. 7. §. 1. num. 6. & alij apud ipsos.

P V N C T V M XXI.

Quale peccatum sit obligationem voti violare?

S V M M A R I V M.

1. Per se graue peccatum est.
2. Penitentia de voto facta non est per se voti violatio.
3. Est tamen regulariter peccatum veniale.

EX his qua diximus de voti obligatione constat per se graue peccatum esse voti obligationem violare (hoc est) promissum non implere. Aliquando tamen ex levitate materia leue peccatum est, ibique remissum notarium quando materia gravis vel leuis sit, si plutes actus leues respiciat.

2. Solum est aliquis difficultas; an penitentia de voto facta, si voti obligationis violatio. Cui difficultati breuiter respondet: per se violationem voti non esse. Quia cum hoc dolor & tristitia, compati potest voluntas efficax promissum exequendi; sicut de facto esse potest voluntas absolute exequendi praeciprum, tametsi sensus & doleas talite praeciprum gravius. Ergo dolor & tristitia praecipiti & voti, illorum violationis non est. Sic D. Thomas 2.2. qu. 88. art. 6. ad secundum. Silvester verbo voto 2. quest. 20. Suar. lib. 5. de voto, cap. 7. conclusio. Sayrus in Clavi Regia lib. 6. cap. 6. num. 12. Nauarr. cap. 12. num. 35. Bonac. diff. 4. q. 1. punct. 5. §. 4. n. 14. & alij apud ipsos. Notanter dixi per se non esse voti violationem. Nam si ex dolore & tristitia, quod votum feceris, penitentia exponens, non exequendi promissum; clarum est violari votum; quia votum, sicut & quodlibet praeciprum obligat firmum propositionem de illius executione habere, neque periculum transgressionis exponi, sed hoc est per accidens. Sic Suar. lib. 5. cap. 7. num. 7.

3. Maior est difficultas; an hic dolor & tristitia sit sicutem veniale peccatum? Suarez dictio cap. 7. num. 4. & sequentibus. Videatur negare. Mocetur; quia ex obiecto nullam malitiam continet. Siquidem non apparet praeciprum, cui talis dolor & tristitia aduersetur. Sicut enim nullum fuit praeciprum vouchandi, ita nullum praeciprum esse videtur perseverandi in eo voto, & sicut a principio poteris nolle vovere, sic post votum factum potes nolle vovisse: quia virtusque actus idem obiectum est. Ergo ex parte obiecto dolor & tristitia de voto facta nullam malitiam continet. Ex parte vero sive sapientiae hic actus honestus potest. Si enim cognoscas votum tibi fore dannosum; et quod ob tuam malitiam occasio sit peccata multiplicandi, dolere de voto facto ob illum finem, non videtur illicitum, sed potius honestum. Dicendum ergo est regulariter dolere de voto facto peccatum veniale esse. Tum quia hinc dolor aliquo modo infirmat propositionem voti exequendi. Tum quia retractabit hominem in via perfectionis assumpta. Tum quia frequenter habetur ex proprio amore quo vis onera & obligations viles & sanctas excutere, ac proinde ex fine non licito. Si tamen aliquando de voto, seu praecipro doleres ob transgressiones factas, credo talem actum virtuosum esse; quia non tam est dolor de voto seu praecipro, quam de illorum transgressione. Ad rationem contraria. Respondeo dolere de voto, per se & dictum praecipro non aduersari; sic tamen indirecte; aduersatur, inquam, praecipro aduersandi votum, quod obligat ne illius executionis propositionem aliquiter infirmetur, ut regulariter infirmatur per hunc dolorum. Quapropter esti nulla fuerit obligatio emittendi votum, poterat esse de perseverando in illo, alias posse pro libito illius obligationem excutere. Neque est simile nolle vovere, ac nolle vovisse. Nam est viam perfectionis non accipere, alij ab ea incepta deflectere, illijque penitente quod regulatiter inordinatum esse videtur.

EXPLICATA essentiā voti, illiusque obligatione, restat explicandum qualiter dissolui possit. Convenire autem sive hanc obligationem dissolui, in comperto est apud omnes. Et probat manifestè humanæ naturæ conditio, cui solet votum ob eius fragilitatem potius obesse, quam prodesse. Triplici ergo via relaxatio fieri potest, irritatione, dispensatione, & commutatione, de quibus in hac disputacione dicendum est.

P V N C T V M I.

Quid sit irritatio, quotuplex, & unde ortum habeat?

S V M M A R I V M.

1. Expenditur definitio irritationis.
2. Duplex est irritatio, alia directa, alia indirecta, & quae sit harum differentia.
3. Irritatio quando sit actus iurisdictionis, quando dominij.
4. Ex iure positivo, quam naturali ortum habet irritatio.

Irritatio ut constat ex Doctoribus in discussu referendis est actus liber quo is, à quo votum penderit, voti obligationem. Pro cuius intelligencia supponendum est, duplicitate te voentem dependere posse in voto, ab alterius voluntate. Primo; si tua voluntas taliter alteri subiecta sit, ut numquam censearis te obligari vel nisi sit tacita conditione si alter consenserit vel non repugnauerit. Qod contingere potest, vel ex natura & conditione intrinseca tua personae que integrè alteri subiecta est, vel filii impubes parenti, religiosus Praelato; vel quia liberte te subiecti alterius consensu & voluntati nolens obligari nisi quatenus alteri placitum fuerit. Sed inter hos modos est magna differentia: nam quanda conditione de alterius consensu inhibita in voti obligatione fundatur in natura & conditione personæ; illam excutere non potest; fecis quando fundatus in voluntaria intentione voentis. Secundo pendet potes in voto ab alterius voluntate si in materia promissa ab eo dependetas. Pendere autem potes, vel quia illius dominium seu administrationem habet, vel quia illam prohibebit potest. Quando ergo prior modo subiectus ait ei, possunt tua vota pro arbitrio eius irritari; quippe que emficiunt sub tacita conditione illius consensu, vel non sensu. At quando solum in materia promissa ab altero pendens, solum irritari tuum votum potest, quatenus subiecti vel prohibebit potest materia promissa.

2. Hinc fit duplum esse irritationem, alteram directam & propriam, alteram indirectam & impripiariam. Directa est, quae ex subiectione voluntatis sit. Quia haec resipicit actu voluntatis, illimum de medio collit. Indirecta est, quae materiali promissam resipicit impediendo illius executionem, quaque potius suspensio quam irritatio vocatur. Haec sunt irritationes, vi voto dicitur Suar. lib. 6. de voto cap. 1. num. 4. maxime differentia. Nam irritatio ob voluntatis subiectiōnē si absoluta sit, votum extinguiri, nec permitit veteris renuntiare. At irritatio ob impedimentum apostolū materie promissae per se non extinguiri votum; sed illius obligationem suspendit, dum impedimentum durat; sicut autem durante illo impedimentoo votum extinguiri, quia eo tempore cessat apud illud exequendi; sed hoc est per accidens. An vero votum de materia dominio alterius subiecti verè & proprie invenitur; iusta dicemus.

3. Deinde irritatio proueniens ex subiectione voluntatis non est actus iurisdictionis; sed dominij: quatenus superioritate potest dominus habet ius; ne subiectus obligetur alteri, quam pro suo consensu & voluntate. At irritatio ex promissa

DE
ASTI
PALA
TOM
II